

F^o 7^r

N^o 40. Millesimo trecentesimo XLIII, die XXII Martij.

1

Capta. Cum ser Peracius Gradonico dare teneatur communi nostro secundum quod apparet camere nostre frumenti yperpera MVII, gross. I, picc. II que dicuntur officiales esse medietas capitalis et medietas pene. Unde examinata eius stricta et debili condicione et eius bono portamento quod fecit tempore guerre, consulunt sapientes quod dicto ser Perazio fiat gratia, quod a pena in quam incurrunt libere absoluantur, set solum soluere debeat capitale et prode secundum usum camere nostre frumenti, de tempore quo tenuerit dictos denarios in hoc modo, scilicet quod per totum mensem Octubris proximi soluere debeat nostris rectoribus yperpera centum, grossos 6, picc. XXII cum toto prode temporis elapsi usque ad illud tempus prime solutionis, et yperpera CC ab Octubri proximo usque ad unum annum cum prode et yperpera II centum alio anno sequenti cum prode ut dictum est et teneatur soluere sub pena quarti, cuius pene rector habet tercium et commune duas partes. Nec eis ualeat fieri gratia, nisi per VI consiliarios, III Capita de XL, et tres partes consilij Rogatorum. Et scribatur nostris rectoribus quod si dictus ser Peracius soluere recusaret prout dictum est constringere debeant principales et plezios tam realiter quam personaliter, et taliter quod commune nostrum perueniat ad debitam solutionem.

5

10

15

18

6

Ὡσαύτως παρέχονται εὐκολίαι πληρωμῆς χρεῶν εἰς τὴν Ἀντζολερίαν Βενιέρη Ἀγγελὸν Κονταρίνην καὶ Βερτούτσιον Ντὰ Μολῖνον.

Ἐκ τῶν ἀνωτέρω παρεχομένων εὐκολιῶν συνάγεται ὅτι αἱ ποιναὶ ἐχαρίζοντο, ὑποχρεουμένων τῶν ὀφειλετῶν εἰς καταβολὴν τοῦ κεφαλαίου. Ἡ εἰσπραξις τοῦ κεφαλαίου ἀνατίθεται εἰς τοὺς ρέκτορας, οἵτινες ὀφείλουσι νὰ εἰσπράττωσι μέχρι τοῦ προσεχοῦς Ὀκτωβρίου, ἐπὶ ποινῇ τοῦ τετάρτου ἐπὶ πλεόν. Τοῦ προστίμου τούτου τὸ τρίτον δικαιούται ὁ ρέκτωρ, τὰ δὲ δύο τρίτα ἡ κοινότης. Ἐὰν οἱ ὀφειλέται ἀρνοῦνται οἱ ρέκτορες ὀφείλουσι νὰ ἐξαναγκάσωσι τοὺς προύχοντας εἰς τρόπον ὥστε ἡ κοινότης ἱκανοποιηθῇ. 1344, Μαρτίου 22.

F^o 7^{to}

N^o 41. Millesimo trecentesimo XLIII, die XXII Martij.

1

Denarios capare dant pheudati Canee.

Inuenimus quod dona Anzoleria Uenerio dare debet yperpera LXXII medium capitale et mediam penam. Insuper inuenitur quod ser Thomas de Canali dare debet per modum supradictum yperpera LXXX. Item ser Anzulus Contareus dare debet per suprascriptum modum yperpera CIHI, grossos IIII, paruos XXVI. Item ser Bertuzius de Molino dare debet per supradictum modum yperpera XXVII.

5

F^o 7^{to}

N^o 42. Capta. Quare uidetur sapientibus, quod a pena in quam incurrerunt nostro communi libere absoluantur set solum soluere debeant capitale, quod soluisse teneantur nostris rectoribus usque per totum mensem Octubris proximi sub

10



pena quarti, cuius pene rector habet tercium et commune duas partes, nec eis ualeat fieri gratia nec per sex consiliarios, III capita de XL et tres partes consilij Rogatorum. Et scribatur nostris rectoribus quod si dicti suprascripti soluere recusarent, constringere debeant principales et plures tam realiter quam personaliter et taliter quod commune nostrum melius uenire possit ad prefactam solutionem.

7

Ὁ Ἑρμόλαος Ἀκοτάντος τέως κομερκλάριος Κρήτης, ἐγνωστοποίησεν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ σίτου, ὅτι κατέγραψεν εἰς βάρος τῆς κοινότητος τῶν τιμαριούχων Χανίων ὑπέρπυρα 4016, ὡς προκαταβολὴν προαγορασθέντος σίτου. Ἐρωτηθεὶς εἰς ποίους ἐδόθη τὸ χρῆμα, ἀπήντησεν ὅτι δὲν ἐνθυμεῖται, διότι δὲν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ τὸ βιβλίον του, τὸ ὁποῖον κατέλιπεν εἰς τὸν διάδοχόν του. Διετάχθησαν, κατ' ἀκολουθίαν ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἐξετάσωσι τὸ βιβλίον τοῦ Ἑρμολάου καὶ νὰ εἰσπράξωσι τὰ ὀφειλόμενα. Κατωτέρῳ διαγράφεται ὁ τρόπος τῆς εἰσπράξεως τῶν ὀφειλομένων. 1344, Μαρτίου 22.

F^o 7^{to}

N^o 43. Millesimo trecentesimo XLIII, die XXII Martij.

Capta. Cum ser Hermolaus Acotanto olim comerclarius Crete notum fecerit camere nostre frumenti se dedisse et assignasse uniuersitati pheudatorum Canee yperpera III mille XVI pro caparra occasione frumenti, et interrogatus sit, si sciret, quibus dedisset istos denarios, qui uero respondit quod sibi non esset menti cum careat quaterno suo, qui romansit eius successori, ideo ne aliquid preiudicare possit communi nostro, consulunt sapientes quod scribatur duche et consiliarijs Crete, quod inquire et examinari faciat quaternum dicti ser Hermolay et per singulum omnes debitores et eorum debita et ab eis excutere uel facere excuti debitum supradictum. Et si ducha et consiliarij Crete inuenirent aliquod radegum in dicto quaterno scilicet multam quantitatem ea que dicta est superius, quod scribere debeant dominatio ni particulariter omnes debitores cum eorum debitis et deffectum quem inuenirent ut hinc possint uideri rationes cum dicto ser Hermolao et dominatio possit prouideri in hoc casu prout sibi uidetur. Et committatur duche et consiliarijs Crete quod quamcitius poterunt scire faciant debitoribus omnibus pro supradicto debito quod teneantur soluere per modum infrascriptum, uidelicet quod debitores ab yperperis centum infra fiat gratia quod debeant soluere nostris rectoribus solum capitale, usque per totum mensem Octubris proximi. Et debitores ab yperperis centum supra teneantur soluuisse capitale a mense Octubris proximi usque ad unum annum cum condicione quod teneantur soluuisse prode temporis preteriti, et quod preteriret usque ad dictum terminum secundum consuetudinem camere nostre frumenti. Insuper fiat gratia debitoribus a yperperis centum supra quod si per totum mensem Octubris proximi soluere uellent totum capitale a prode libere absoluantur, et teneantur soluuisse nostris rectoribus

